



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quis habeat Spiritum Christi, id est, Spiritum sanctu[m]. tit. 203

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

474 SVMMA DOCTR. CHRIST.

tificamur per potestatem, eos tales fore, non obstat, quod ipsi tales esse nolunt. Nulla adultera vulnus meretrix & lapidari, cum tamen propria conscientia scit se esse talem, &cæt.

Ad hoc igitur intendere oportet, qualemque Ecclesia catholica esse iudicet, nō ad hoc, qualem semetipsum quisque esse opinatur aut iactat. Nam sic nullus ab initio Ecclesiae voluit esse Hæreticus, Christus. 18. inquit. Qui ecclesiam non audierit, &c. Non inquit, Audies quenquam sese prædicantem, &c. Timēda est igitur hæc separatio à corpore Christi, id est, Ecclesiae Catholice unitate. Nam talis enim caret promissis Ecclesiæ, ut Cyprianus dicit, &cæt. Ecclesia habet potestatem probandi spiritus, 1. Ioan. 4. denunciandi errores & hæresim, Matthæi, 18. Dic ecclesia, sed nō curat sectæ. Esto, prædictum est per Iudam, quod blasphematores maiestatis venient &c. Et in obedientes, 2. Timoth. 3.

QVIS HABEAT SPIRITVM  
Christi, id est, spiritum sanctum.

TITVLVS CCIII.

**A**POSTOLVS Roma. 8 inquit: Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius, id est, non pertinet ad Christum. Nam qui secundum carnem ambulant, vivunt & perficiunt opera eius, Deo placere non possunt: Sunt enim tales solum animales homines, nihil de virtutibus spiritus sancti percipientes, 1. Corinthio. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus: id est, solum agit, vivit secundum motus carnis, & illius opera facit, Galat. 5. Non autem facit secundum motus & fructus spiritus, id est, non habet charitatem, fidem, timorem, castitatem, &c. id est, talis non est Christi, neque regnum Dei possidebit. Secundum

Secundò inquis: Quis tunc habet spiritū Domini & spiritum sanctum? Augustinus de verbis Domini in Matth. term. 11. Illi spiritum sanctum non habent, qui sunt ab Ecclesia segregati: Nam hoc aperte docet scriptura, Iudas in sua Canonica, Qui, inquit, sacerdos segregant, animales sunt spiritum non habentes. Sunt enim duplices homines qui sibi usurpat non men C H R I S T I, id est, volunt esse C H R I S T I. Aliqui viuunt in congregatione, id est, unitate Catholica, quae extenditur per totum orbem, Psalm. 106. A solis ortu &c. Aliqui autem viuunt in segregatione alicuius specialis sectæ, à ceteris semetipos segregantes, defendendo suos errores, volentes quoque esse optimi Christiani, solum suas glossas scripturæ veritatem assertantes, non curantes admonitionem Papæ & Imperatoris aut Ecclesiæ, sed obstinati perguntes, De quibus ad Tit. 3. inquit Apostolus, ut illos itemus post unam & alteram admonitionem. Et de illis loquitur aperte Apostolus Iudas, inquiens: Qui semetipos segregant, sicuti sectæ faciunt, à Catholicâ Ecclesia, illi spiritum Domini non habent. Tertiò inquires: Hoc nemo sectariorum credit, se separatum ab Ecclesia, immò potius assérunt se esse Ecclesiam, & in sua parte eam esse & non in altera. Respond. Si ipsi volunt esse Ecclesia, doceant quod sorum doctrina sit per totum orbem diffusa. Nam C H R I S T V S inquit Marci ultimo: Ite in orbem vniuersum. Et Genesis. 22. In te benedicentur omnes gentes. Ecclesia ergo vera est extensa per totum orbem. Si ergo sectarum doctrina non est per totum orbem extensa, ergo est segregatio, secta, & non tota Ecclesia. Cum ergo secundum Apostolum in segregatione viuentes, non habent spiritum Domini, ergo spiritum sanctum, qui est author congregacionis in unitate fidei in uno ouili, non habent, &c. Quartò, dices: Ipsæ autem sectæ putant & credunt

sc

## 476. SUMMA DOCTR. CHRIST.

Se habere spiritum sanctum, Respond. Quid inde? nullus quid & Iudei atque gentes putant & credunt se habere veram fidem, cum tamen illam Christi fidem persequantur? 1. Corint. 1. Prædicamus Christum crucifixum. Congregationis igitur unitas nos certificat, adesse spiritum sanctum. Separatio autem atri distincio indicat, quod non adsit spiritus sanctus. Quia ad hæc quoque cum primis intendere oportet, &c.

Quintus; Augustinus vult: Ex quo spiritus sanctus non est contra ipsum diuisus, id est, quod sit apud Catholicos & sectarios, sed est indiuisus & unus spiritus Ephes. 4. non duo spiritus sancti, Ideo compulit nos sentire omnino alibi fieri non posse remissionem peccatorum atque blasphemiarum, nisi in congregatione Christi, quæ non spargit, sed congregat. Unde omnes separaciones inter se diuisæ & contraria etiam contra Catholicam unitatem, non habent nomen Ecclesiæ, neque operationem spiritus sancti, hæc Augustinus.

*PRAE DICATOR QUATERNUS recipere potest a populo suorum testationem necessitatis.*

## TITVLVS CCIII.

**A**VGVSTINVS sermone 165. detempore: Apostolus quamquam eligeretur manibus suis laborare, nec ipsum lacquereret ab omnibus suis, tamen lactis percipiendi habere se dixit potestate. Nam & hoc Dominus ipse exposuit, Luc. 10. ut qui euangelium annunciant, de Euangeliō vivant. Dignus estenim mercenarius mercede, & 1. Corinthiorū 8. Quis plantat vineam, & de fructu eius non comedit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non sumit? Et dicit alios suos coapostolos, hac potestate vos fuisse, non vñstat,